



# **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Qvadriga Pietatis**

**Bebius, Philippus**

**Coloniae, 1616**

2. De Contritione & actibus eius sigillatim crebro eliciendis; deq[ue]  
Examine conscientiæ.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55113](#)

# CLAVIS PARADISI.

*Constitutio quam necessaria, quam  
tumque differat ab attritione;  
de actibus itidem contritionis  
sigillatum.*

*Accessit cumulus rationum, qui-  
bus probatur contritionis exer-  
cendæ frequentia: simulque  
Examen conscientiæ.*

*Euulgauit hunc libellum primum  
Hispanicè Sacerdos quidam &  
Societate Iesu, deinde à Regina  
Confessario huc transmissum  
Latinè vertit alius Pater eius-  
dem Societatis.*

*Magno, ut liquet, bono  
publico.*


*COLONIÆ,  
Apud Conradum Butgenium  
ANNO MDCLXVI.*

DI

CO

A

D



er est  
10 an  
men  
ne sit  
obsec

Co

DIALOGISMVS<sup>97</sup>  
DE  
CONTRITIONE  
*Et*  
ATTRITIONE.

Doctor & Discipulus.

DISCIPVLVS.

**D**iceat mihi per tuam  
humanitatem hodie  
id quod nostra omni-  
umq[ue] plurimum in-  
er est, exte quare. Se penume-  
to andire memini, quantum no-  
meni ac ponderis in Contritio-  
ne sit ad salutem. et si sere mihi,  
obsecro, quam sit illa necessaria.

DOCTOR.

Contritio, si verè aestima-  
mus,

mus, res est vna tam exim  
tamque homini salutaris,  
quātumuis grauissimis lo-  
ribus sit obstrictus, venia  
petrare, atque in pristinā  
gratiā huius operē restitu-  
rit: imò etsi contigerit rea-  
tē mori, sine copia Cōfessio-  
aut vlliū Sacramenti, di-  
lute nihilominus neutiq;  
dubitandum. Contra vero  
quis culpę mortiferæ silici-  
scius è vita decebat, quan-  
At tritio nem senserit (exp-  
interim Sacramenti) certi-  
mum est æternis ignib; in-  
cipandam.

Quid discriminis est inter  
tritio

exim  
aris,  
isla  
eniam  
tinat  
trivio  
trenn  
sfellur  
i, di  
utiq  
a vero  
sibci  
lata  
exp  
certi  
D:IS D:  
ter C  
grati

tritionem & Attritionem ? tam  
etsi enim distinguere ipse non  
possim , tamen video immane  
quantum inter se distent.

DOCTOR.

Distingui commodè altera  
ab altera nō potest , nisi priu-  
vtriusque vis ac natura peni-  
tus cognoscatur.

DISCIPVLVS.

Rectè. Quidigitur est Contritio?

DOCTOR.

Contritio est perfectus  
animi dolor ob offendum  
Deum , quem , vt summum  
bonum, summè, seu super om-  
nia diligere tenemur . qua  
quidem definitione fundi-

E 2      mentum

mentum Contritionis stat-  
tur Amor Dei super omni-  
iuncta consideratione sup-  
mæ bonitatis ac benigni-  
tati diuinorum perfectionum  
desquidem, velut è fonte  
nat ille dolor, quem dicimus  
ob offenſam tantam, tamq;  
exhaustam Dei bonitatem.  
terius porro principium ei-  
satis patet esse fidem diuinam  
sine qua impossibile est pla-  
cere Deo.

DISCIPULVS.

*Satis assequi videor quadi-  
de Contritione. Iam quid est  
tritio?*

DOCTOR.

*Est dolor animi de peccato.*

non præcipue ille quidem fundatus amore Dei super omnia; sed ortus ex timore æternæ damnationis, vel consideratione fœditatis peccati, vel huiusmodi aliis causis. Intelligis iam præcisè in quo discrepet Contritio ab Attritione? illa potissimum nititur amore Dei, hæc timore pœnarum, aut simili aliqua consideratione.

## DISCIPULVS.

S.  
quadi  
d est  
eccatu  
114

Intelligo. sed illud etiam expone, an dolor ille ex metu pœnarum aut aliunde conceptus, ut dixisti, bonus censendus sit, an inutilis ac malus?

## DOCTOR.

E 3

Nequa-

Nequaquam inutilis, aut  
vitio ponēdus, sed bonus  
ac donum Dei, quo anima  
præparatur, atque exsurget  
incipit ad statum gratiæ: uoluit quippe odium peccati  
ac propositum emendationis.  
**Cæterum** non est perfectus  
dolor, si cut Cōtritionis; qui  
non informatur amore Dei  
perfecto. hinc Attritio voca  
tur seu Contritio imperfecta.

## DISCIPVLVS.

*Si quis confiteretur ritu C  
atholico, sed sola instructus in  
tritione, vtrum is peccatorum  
veniam, ac Dei gratiam obtingere  
re posset?*

D O

DOCTOR.

Omnino, quia virtus Sacra-  
meati, ut Theologi loquun-  
tur, facit ex attrito cōtritum.  
Quæ ratio quoque inter optimas  
una est, cur expediat  
crebrò confiteri, ut attritionis  
defectum suppleat vis  
Sacramenti.

DISCIPULVS.

Nimirum hinc colligo, me pos-  
se, ut Dei gratiam consequar,  
contentum esse actibus attritionis,  
crebrior modo Confessio ac-  
cedat: quandoquidem Contritio  
per quam difficilis est, & conatus  
validos requirit.

DOCTOR.

Rectè ac salutariter feceris,

E 4 si fre-

si frequenter sacra confessio  
ne animam expiaris: sed il  
non minus prouide & cosul  
to, qui frequentes etiam ad  
Contritionis elicere adsue  
scunt nam et si contritio sol  
diu in x gratia impetrandi  
sufficiat, absque Confessione  
( voluntas modo adsit ei  
obeundae quo tempore prece  
ptum virgebit) tamen cum ill  
sit admodum difficilis, ut no  
st: , semperque in huius vita  
caligine, ac tenebris, animo  
suspenso ac dubio fluctuan  
dum sit, veramne contritio  
nem habeamus, nec ne; opor  
tet nostrae contritioni iugere  
Sacramentum Confessionis,  
ne in negotio æternæ salutis  
ea quæ

ea quæ sunt parum tuta sectemur. at quanto etiam magis necessarium est salutare hoc Sacramentum usurpare, quotiescumque apparet dolorem nostrum non esse nisi attritionem, seu contritionem imperfectam? itaque grauiter hallucinaris, dum te dicas Attritione contentum, aliud nil magnopere requirere.

## DISCIPULVS.

Ego vero à te expectorationem tuæ assertionis, ut me probes hallucinatum.

## DOCTOR.

Ratio in promptu est, non enim statim, commissso peccato, ad manum tibi semper

E S                    est Sa

est Sacerdos, cui illud aperi-  
as, ut absoluaris: quin im-  
accidere haud raro potest, n-  
desit spatum confitendi sub  
ita morte præuento (quis ne-  
que illud tibi certo spopon-  
dit?) aut mille alijs vijs, Si-  
cramenti poenitentie expes-  
occulto Dei iudicio è vi-  
abripiaris. Sed facte in  
confessum de culpis totius  
vitæ mori, anne ingens ma-  
lum videtur tanto tempore  
pati Deum inimicum sibi  
atque infensem, cum attrito  
tua te illi reconciliare non  
possit? anne damnum graui-  
simum, omnia bonorum ope-  
rum merita deperdere, qui-  
bus a primis inicijs scelerum

ad-

admissorum cumulari potu-  
isses? quid est, si hoc non est,  
omnium lachrymis deplo-  
randum?

## DISCIPVLVS.

*Capio intimis sensibus ratio-  
nes tuas. sed num quas alias  
eiusdem generis habes?*

## DOCTOR.

Habeo. sed hæc vna instar  
omnium ac peremptoria, vt  
dici solet, æstimâda est, quod  
vt verum sit, attritionem vnâ  
cum Sacramento sufficere  
peccatori ad statum gratiæ  
extollendo: non tamen est  
certitudo fidei, qualis est,  
verâ contritionem id validè  
præstare. atqui in negotio

tanti momenti, à quo penda  
salus animæ tutiora semper  
ligenda quis non videt? Quo  
cum ita sint, nescio profecto  
quid intelligent qui hoc non  
intelligunt, quanti momenta  
sit contritio ad salutem.

## DISCIPVLVS.

*Tam ample de bono contriti  
nis differuisti, ut de eius nece-  
sitate iam non ambigam: illud  
vero ut cognoscam vehementer  
etiam atque etiam scire ex opere  
quo pacto ad eius perfectionem  
peruenire possim, quique sint i-  
ctus eius particulares.*

## DOCTOR.

*Tres omnino actus in ra-  
tione sui complectitur, do-  
lorem,*

lorem, propositum, petitio-  
nem.

DISCIPULVS.

*Agendum de primo doce quid  
sentias, atque ita doce, ut idem  
ipse sentiam.*

DOCTOR.

Concipiendus est dolor à-  
nimi appretiatiue, vt dicunt,  
summus, ob offensum Deum,  
quia Deus est, id est, omni a-  
more, obedientia, & honore  
longe longeq; dignissimus.

DISCIPULVS.

*Quibusnam considerationibus  
dolor istiusmodi excitandus ac  
corroborandus est?*

DOCTOR.

E 7

D

Diu, multumque cogitandum, quam inestimabile bonum lethali culpa nobis pereat, nimis diuinam gratiam, quæ omnia bona creata dignitate transcendit: eoque iactura illius maxime ponderanda ac deploranda est, propterea quod cæterorum omnium bonorum iacturam magnitudine superat, quantum omnia simul iungas, opum affluentiam, honores, bonam valetudinem, vitam ipsam. Secundo perpendi possunt cætera quoque peccati mortiferi damna, cuiusmodi sunt, nos ea re constitui capitales Dei inimicos, mancipia Sathanæ, fœdos atque instar malorum

malorum dæmonum execrabi-  
bles, reos æternæ damnatio-  
nis; quæ si singula per se tāta,  
tamque horrenda sunt, ut o-  
mnia huius vitæ mala, dam-  
na, tormenta in unum acer-  
uatim collecta infinitè exce-  
dant; quid simul omnia con-  
globata nostris animis per-  
mouendis poterunt? Quocir-  
ca non vanè dixi, dolorem de  
peccato, tanquā summo ma-  
lo, summū quoque esse opor-  
tere. Ieinde si vel vnicū pec-  
catum tot malis stipatum sit,  
quid erit innumeris animam  
obstrictam gerere?

DISCIPVLVS.

De primo actus fatis. explica  
secundum.

Do-

## DOCTOR.

Is est firmum emendationis propositum, manans item ex amore Dei super omnia: nihil ut sit in rebus humanis tam expertendum, nihil reformidandum, ut ad peccatum iterandum inducere voleat: quandoquidem (ut supra commemoratum est) nihil est ex quandom bono quod secundo perditur, nihil quoque malis ac detrimetis exceptandam, quae incuruntur.

## DISCIPULVS.

At qui illud propositum generale est, opinor, quod explicasti, nunquam specialia sunt in hoc in-

hoc inclusa atque inuoluta?

DOCTOR.

Plane multa sunt, quæ quasi partes sub hoc genere continentur: exempli gratia, propositum restituendi cuique quod suum est, & Dei mandata, Ecclesiæque pariter omnia obseruandi; voluntas item munus suum probe exequendi, nihil ut desideretur quod officij ratio exigat; voluntas peccata ipsa, etsi contritione deleta (quod incertum semper mane) clavibus Ecclesiæ subiiciendi in Confessione, ad minus ubi tempus præcepti aduenierit; voluntas poenitentiam iniunctam implendi, & quo plenior satis

satisfactio adhibetur, se su-  
aque omnia Deo offerendi;  
voluntas denique occasiones  
peccati proximas euitandi.

DISCIPULVS.

*Iam quis tertius actus Com-  
tritionis?*

DOCTOR.

Petitio certa cum fiducia  
obtinendi à Deo veniam  
peccatorum, gratiam emen-  
dationis, perseverantiam in  
bonis operibus usque ad  
mortem.

DISCIPULVS.

*E quod fundamentum est th-  
lis petitionis ac fiduciae?*

Do-

DOCTOR.

Nitimus tum bonitate ac misericordia Dei infinita, tum Christi Domini ac Seruatoris nostri meritis, quæ nobis pretiosissimi sanguinis effusione, atque acerbissima morte peperit.

DISCIPULVS.

Gaudeo, & gratulor nobis de tanta contritionis excellentia. at qui trade mihi etiam praxim quandam ac methodum eorum quæ dixisti, qua quotidie uti ac frui possim. Virtutis siquidem laus omnis in actione consistit.

DOCTOR.

Praxis optima Contritionis exercēdæ est per modum orationis, qua tibi iā præibo.

EX-

---

## EXERCITIVM CONTRITIONIS.

**D**OMINE IESU  
CHRISTE, ve-  
rè Deus & homo, Cae-  
ator pariter ac Redem-

1. Actus. tor ; 1. DO LEO ei  
intimo corde me offe-  
disse diuinam tuā ma-  
iestatē, quia tu es De-  
us meus & omnia, quā  
super omnia diligo &  
2. Actus colo. 2. PRO INDI  
firmiter statuo ac pro-  
pono, me non amplius  
te offensurum, sed oīs  
peccandi occasiones  
pro viribus deuitarū-  
rum:

rum : me insuper de  
noxis meis rite cōfes-  
surū, & pœnitentiam,  
quæcunq; imponetur,  
impleturum: ad pleni-  
orem verò Satisfactio-  
nem hodie tibi me ip-  
sum offero, vitam me-  
am, & mea omnia, &  
omnes labores meos.

3. Actus. 3. ET quemadmodum  
rogo te suppliciter &  
flagito veniā delicto-  
rū, ita confido me eam  
imperaturū, per infi-  
nitam misericordiam  
ac benignitatem tuā,  
per merita quoq; pre-  
tiosissimas sanguinis ac  
sanctissimæ passionis  
tuæ:

tuæ: datur um te quoque  
tiam emendandi vitam  
am, & in bono persevera  
usque ad finem. Amen.

## DISCIPVLVS.

O præclarissimam doctrin  
am consilium diuinum ! sed  
ties, quæso, id opere præstand  
censes?

## DOCTOR.

Ex usu fuerit quotiescum  
que se homo, qua est fr  
ilitate, lapsum aduertet in pa  
catum, hoc pacto contrito  
nem elicere: ne quando for  
i improuisa morte occupatus  
minimo momento ad æternam  
supplicia detrudatur; vel si  
tem, ne vel tantillum maneat  
in dete.

oquę in detestabili statu peccati.  
itam  
leuera  
en.  
s.  
octrin  
sed  
estand  
tiesca  
st fr  
et in p  
ntritio  
lo for  
cupatus  
æterna  
vel si  
naneat  
n dete  
in detestabili statu peccati.  
Quin etiam expediet quotidie, ut minimum bis id ipsum  
exercere, manè & vesperi, ne  
quā fortasse incuria, quod  
tanti momenti est, salutis no-  
stræ negotium in discrimen  
adducatur.

## DISCIPVL V S.

En, hodie firmissime apud  
me constituo, ne vel transuer-  
sum vnguem à consilio tuo tam  
salutari discedere. precor etiam  
Deum Opt Max. vt mercedem,  
quam hæc opera in me instituen-  
do posita exigit, tibi aliquando  
reponat. Dic tu quoque, amabo  
te, in quo ego vicissim tibi grati-  
ficari possim?

Do,

## DOCTOR.

D E v s tibi det gratiam:  
robur , vt semper in hac  
mi sententia permaneas.  
tu Dominum Deum pro  
vt quod te voce docui, op  
item ego quoque imp  
possim , quoad vixero,  
ratione ac via pariter , spa  
ad portum nostræ salutis.  
cœlestem illam Ierusal  
exsultantes , ac gaudie  
umphantes pertinemus.  
æternum simul erimus,  
videbitur D E v s Deoru  
Sion.

*Ad maiorem Dei gloriam.*

DE FREQUENTI  
CONTRITIO NE  
SIVE

Ratio aliquot è medio sumptæ,  
quibus pia consuetudo com-  
mendatur crebro excitandæ  
Contritionis, mane saltem  
ac vesperi.

I. RATIO.

CVM initium sapientiæ  
sit timor Domini, ut sa-  
cræ Scripturæ monumenta  
testantur: nihil antiquius, ni-  
hilque prius ducere peccator  
debet, si recte atque ordine ex  
divinæ sapientiæ præscripto,  
vitam instituere decreuerit,  
quam vt sœpissime cum Deo

F suo in

suo in gratiam redeat: hic studium, hic cogitationem quotidie defigat, in hoc omne corporis animique neruoscit tendat,

2. Alia omnia pia exercitia quantumuis sancta ac salutaria, necesse est hoc Contumelias exercitio, tanquam fundamento omnis pietatis, tantur ac fulciantur: sine qua fatis ipsa esse non possunt: salutem, cum Contritio, nullis administriculis, sit per se sanitatis, quo circa potius huic virtutis tantum momenti, tanquam necessitatis, quam ullis aliis omne studium nostrum impendi oportet,

3. Cætera quoque pietatis exercitia

exercitia, nescio qua hominum ignoratione, subinde nimio opere, & ultra quam sat is est commendantur in vulgus; ut simplices aliqui ac rudes, dum sibi persuadent hæc abunde sufficere, atque omnia in iis posita esse, facile in fraudem adducantur. Ex quo fit, ut ad cohibendos ac reprimendos effrænes appetitus, ad mores probe informandos, vitamq; serio emendandam animum non adjiciant. Contra vero, hæc pia consuetudo de qua loquimur, cum omnem culpam mortiferam procul amoueat, & ad morum reformationem tantopere conducat, non potest

digne satis præ ceteris lau-  
bus affici, aut prædicatio  
efferri.

4. Theologorum quorun-  
dam grauissimorum sententia  
est admodum probabilis,  
pericul' o mortis nos astrin-  
peculiari præcepto Contrita-  
onis pro viribus eliciendis  
que Attritionē absolute suffi-  
cere, ut infrā etiam vberiu-  
d: cemus. Quod cum ita se ha-  
beat, quicunque hanc artem  
Contritionem excitandi om-  
nium difficillimam sanus at-  
que in columis non didicerit,  
verendum est, ne frustra eam  
exercere nitatur defectis viri-  
bus in extremo spiritu, dum  
ingruent atque inualescent ge-  
mitus

mitus mortis. Itaque dum vi-  
uimus ac valemus viribus e-  
tiannum integris, quantum  
cura, labore, vigilijs animi,  
corporisque viribus eniti, at-  
que efficere poterimus, hanc  
artem, hanc animi exercita-  
tionem, hanc philosophiam  
quotidie excolamus, atq; am-  
pleteamur, nominatim mane  
ac vespere, aliquique ad eam-  
dem consuetudinem validis-  
sime incitemus,

5. Cum omnis dies, omnis  
hora quam nihil simus ostendat,  
quam fallax vita, quam  
omnia fluxa, & caduca, & in-  
certa; illud vero certum ac fi-  
de tenendum, nemini ad salu-  
tem aditum patere cum pecca-

to mortifero, nisi per veritatem  
contritionem resipiscat, tuatque rite confiteri, cum  
cesse fuerit; nihil certe quid melius, aut salutarius finis  
potest. quam hac pia confusudine frequenter contrita  
animi labes abstergere, quae securiores simus.

6. Quamuis iuxta communem Theologorum doctrinam, homo poenitens vi Sacramenti ex attrito fiat contritus; tamen neque omnibus suppeditat spatium sacra confessione animam purgandam neque ita prorsus expedita obuia est attritio illa, quare quiritur, ut contritus quis ex attrito fiat. quare cum acciderit.

dere possit, ut multi, quamuis adhibita diligentia, ad hunc attritionis gradum non pertingant, quis non videt, quam sit necessarium eò curam omnem & cogitationem conuertere, ut quotidie contritionē, quantum quidem in nobis situm est, excitemus?

7. Quamvis licet iam dicta Theologorum sententia de attritione iuncta Sacramento, satis tuta ac certa sit; non tamen est articulus fidei. proinde in re tanti momenti vnde pendet animæ salus, consultum non est in hac certitudine omnino conquietere; sed potius ulterius admittendum, opitulāte Dei gratia,

ad veram ac perfectam con-  
tione[m], quam certissimum  
ac fide definitum, sufficeret  
salutem consequendam.

8. Tametsi etiam summa  
pientia, ac bonitas Dei Crea-  
toris, ac Domini nostri sup-  
circa Sacra[m]enta (præsertim  
quæ maxime necessaria sunt)  
sine dubio prouidebit, ne quæ  
ordinariè contingat error ei-  
parte Ministri, qui certe ve-  
geret in graue detrimentum  
ea usurpantium; tamen neg-  
dum non est, quin aliquando  
defectus aliquis interueniat  
quem quidem ut cōtritio re-  
ra supplere potest, ita nullum  
aliunde supplementum et  
sperandum.

9. Col-

9. Colligitur ex dictis, nihil in rerum natura inueniri, excepta contritione, quod nobis de salute nostra securitate parere possit: contra verò, hanc solam (ut cætera omnia desint, nulla tamen nostra culpa) nos de æterna beatitudine, quoad eius fieri potest, securos reddere. Ex quo perspicuum est, quo numero & quo loco pliū hoc exercitium habendum sit, & quotidie usurpandum. Et cum Concionatorum omnium atque Confessariorum munus sit, teste Apostolo, animas Deo reconciliare; neque id alia ratione ac via melius effici possit quam frequenti Contritione sordes.

F 5 pecca-

peccatorum eluendo; quam  
referre æstimabunt suis con-  
liis, auxiliisque omnes ad  
inducere, atque invitare?  
10. Quandoquidem volunt-  
tem timetum se facit Domi-  
nus, & in gratiam decemdu-  
taxat iustorū paratus fuit pri-  
cere Sodomæ & Gomorrhæ  
aliisque eiusdem regionis ci-  
uitatibus, pro certo habendum  
est, si praxis ista spiritualis  
sancta, tamq; salutaris, ac Deo  
grata studiosè obseruetur,  
liisque identidem commen-  
detur; Deum huius vniuersi-  
tatis parentem, ac moderato-  
rem, vindicem illam dexteram  
à suppliciis retracturum, quæ  
nobis ob peccata intermina-  
tus est,

tus est, atque auream potius  
bonis omnibus cumulatissi-  
mam pacem, ac benedictio-  
nem benigne largiturum.

ii. In vniuersum, ad omne  
bonum amplectendum, vi-  
tiumque fugiendum, nullus  
est stimulus acrior, aut ef-  
ficacius incitamentum spiri-  
tu compunctionis, qui pau-  
latim hoc exercitio Contritionis  
comparatur: particu-  
latim vero ad vitæ rationem  
bene, beateque instituendæ,  
ad curandas animorum ægri-  
tudines, quibus humanum  
genus grauissime afficitur,  
ad prauos habitus radicitus  
extirpandos, ad corpora vi-  
ctus cultusque asperitatibus

F 6 edo-

edomanda; ad continentiam  
in prosperis, patientiam in  
uersis; ad maiorem in via vir-  
tutis progressum, ad iniurias  
inimicis nostris generosè  
donandas, ad maiora in die  
incrementa amoris erga Deum  
proximumque, ad assidua  
gratiarum actionem pro di-  
uinis beneficijs, maiorem in  
operibus misericordie feru-  
rem, perseverantiam in bono  
ad mortis, dolorisque conté-  
ptionem, ad rerum fluxarum  
despicientiam, & cœlestium  
flagrantissimum amorem, ad  
omnia denique virtutum or-  
namenta, quibus animus de-  
coratur. Quæ singula, ne lon-  
gior sim, eiusmodi sunt, ut  
ad ex-

ad excitandum, inflammandumque quamlibet torpente animam sufficere possint. E contrario vero quid est quod grauissimos plurimorum labrus (pro dolor) saepe Ecclesia deplorare cogitur, quos multorum annorum laboribus in omni virtute probè exercitatos, solatio sibi, ac subsidio fore sperabat? quid cause est, inquam, quod ita in vitiosissimos mores degenerant, nisi huius rei negligens? dum spiritum contritionis exarescere ac penitus tandem extingui patiuntur, nec Spiritus sancti monitis parent, dum ait, De propitiato peccato noli esse sine metu. Ex his itaque min-

festissimum fit permagnum in  
hoc exercitio momentum, &  
fructus.

EXAMEN  
CONSCIENTIAE  
utilissimum.

*Constans tribus partibus, vide  
licet:*

Proposito matutino, vigilan-  
tia diurna, & disquisitio-  
ne vespertina.

M A N è.

**N**ecessè est in primis cognoscatur homo penitusq; per se-  
cundum habeat præcipuum aliquod  
vitium ad quod maxime est pro-  
clivis. quo cognito oportet aduersus illud

sus illud pugnam capessere, donec  
Deo duce debellatum sit. Itaque  
matutino tempore statim dum à  
sono surgit, actis Deo gratijs quod  
cum illa nocte conseruare, ac pro-  
tegere ab omni malo sit dignatus,  
flexisq; genibus, Contritione, vt  
supra explicatum est, excitata,  
huiusmodi propositum apud se  
firmabit, hoc pacto:

Domine Iesu Christe, Deus  
cordis mei, desidero, volo, fir-  
missime propono, fretus auxi-  
lio gratiæ tue, vitam meam  
omnem, corporisque & ani-  
mi vires tuo seruicio manci-  
pare, ac mori potius acerbis-  
simi morte nullies, quam vt  
scieis volensque in posterum  
mali flan-

maiestatem tuam vel leuiter  
offendere audeam, præsertim  
illo peccato quod me maxi-  
me premit.

## INTERDIV.

Eo die, omni mentis prouisio-  
cur andū est, ut in dōcūssum atque  
illibatum seruetur propositū mi-  
tutinum, iaq; renouandum qd;  
quam sapissimè, verbigratia,  
auditur hora, ipsis actionumini-  
tys, in egressu foras, in tentati-  
onibus aut in repentinis tentati-  
onū periculis : quo tempore nō-  
ter hanc propositi renouationem  
ex vīsu fuerit etiam armas ut  
signe & certe Crucis usurpare, aut  
sanctissimi nominis Iesu, aut Ma-

ria; fusa insuper precati uncula,  
qua maximè placebit ac consen-  
tanea iudicabitur: in summa, nō  
est à prælio desistendum, quoad  
obtineatur victoria.

Sic uiri interdum, qua est huma-  
na naturæ imbecillitas, cōtigerit  
labi ne in omnodo se mœrore affli-  
gat, ne que languescat in incepto,  
sed animū erigat, feriat pectus,  
aut manu cordi admota veniam  
petat in hunc modum:

Hei mihi, bone Iesu, quid  
fecī? parce mihi peccatori,  
parce per merita pretiosissi-  
mi sanguinis tui, doleo inti-  
mis sensibus me diuinā tuam  
maiestatē offendisse, quia tu  
es Deus meus, & ipsa bonitas  
supre.

suprema. ah vtinam & bis v-  
tinā morte immanissima mil-  
lies ablata mihi hęc vita cor-  
poris potius, quam vita gra-  
tię per culpam fuisset! Con-  
firma cor meum Deus, & dā  
gratiam vt possim de hoc pec-  
cato confiteri, & serio m-  
rursus emendare.

Hęc ita faciat quotiescumque  
lapsus fuerit, sed efficaciter, &  
ex animo, cum sensu pietatis:  
simulque propositum matutinū  
subjiciat oculis, nouamque at-  
que adeo maiorem sedulita-  
tem, & curam sibi imprimit  
culpa omnis vitanda. Poter-  
tice in idipsum omne eius illu-  
dium ac contentio feratur, ne  
TAMEN

tamen immoderate ferat, ut di-  
xi, si deliquerit, neque patiatur  
propositum flaccescere; sed potius  
animosius, & maiore nisu contra-  
pugnet: sicuti qui in voraginem  
ceciderit, ac sape ceciderit, non  
trahet moram, aut ineptiæ se da-  
bit, sed quamprimum exsurget,  
ac se proripiet ad fordes ablues-  
das: ita in proposito.

Sapiens quoque Sanctorum  
consilium est, ut memoria causa  
signum aliquod circumferat,  
aut notam quampiam occulte  
apud se constituat, quoties id  
peccati seu delicti genus commi-  
serit, siue superarit; quo facilius  
sub noctem in Examine eius diei  
rationem ab anima sua exigere  
possit.

Vesperi.

## VESPERI.

*Antequam se componat  
quietem, flexis genibus, si fieri  
potest, aut quantum poterit maxi-  
mum reverentia in se inquirat,  
id est, in eius diei omnia dila-  
facta, cogitata, hoc modo.*

1. *Prima pars sit gratiarum  
etio huiusmodi: Maximas & im-  
mortales, o mundi conserua-  
tor, & Rector Deus, tibi gra-  
tias ago pro innumerabilibus  
diuinis tuis liberalitatis bene-  
ficijs, praesertim quibus a te  
hodie sum affectus, pro vita  
corporis, & animae, pro natu-  
ræ nobilitate, qua me ceteris  
animantibus præstantiorem  
esse voluisti; quodque longe  
amplius est, pro vita & san-*

*guine*

guine tuo pro nobis effuso;  
pro incomparabili dono gra-  
tiæ tuæ, alijsque omnibus,  
seu temporalibus, seu diui-  
nis muneribus tuis, quibus  
nos tibi arctissimo Charita-  
tis vinculo haetenus deuin-  
cire conatus es; pro tempo-  
re hoc denique quod mihi ad  
excutiendam conscientiam  
meam concessisti.

2. Sequitur Petitione *hoc modo;*  
Aperi, Domine, oculos meos,  
ut videam delicta mea: & ro-  
bur animæ meæ suppedita,  
quo illa possim generosè de-  
testari.

3. Cum in semet ipse descendet,  
ac memoria repetet quoties in  
vitium illud, quod corr:gendum  
susce-

suscepit, sit lapsus, quoties ven  
adhibito studio victoriam repor  
tarit, item horas diei omnes per  
currat, & tanquam Iudex, cog  
nitionem exercebit omnium illu  
dici actionum, locutionum, cog  
tationum, atque etiam omisi  
orum, praesertim quibus Deu  
offendit: denique occasiones &  
pericula peccandi, in qua for  
incurrit, serio perpendet.

4. Maximo animi sensu  
submissione agnoscet miseras,  
infirmitatem, malitiam suam  
& capite, oculisque modesti  
deiectis dicet: O clementissime  
Domine, pudore suffundor,  
quod in tanta bonorum ope  
rum penuria, tot errata, tot  
peccata inspiciam, exceptis  
etiam

etiam quæ vel incuria, vel ignoratio tegit. Debeo tamen (& hoc fateor) diuinæ tuæ bonitati gratias, quod me ab innumeris aliis sceleribus præseruaris, in quæ naturæ meæ infirmitas, nisi occultavit gratiæ tuæ oblitisses, facile toto impetu corruisset.

S. Ad extremum pectus tun-  
dendo, & vehementissimum do-  
lorem animo concipiendo, petet  
veniam, statuetque firmissime  
emendare quæ peccauit. occasio-  
nes quoque & pericula omni-  
cura declinare. Hic itaque tres  
actus Contritionis elicantur ut  
sup. pag. 95. Domine Iesu, &c.

Tria.

TRIA  
DOCUMENTA

*per quam opportuna.*

**C**um examen hoc Conci-  
entiæ tanti momentis,  
tanti que ponderis; sedulò cu-  
randum , ut eius consuetudo  
nunquam intermittatur; sed  
ratione eius, ac praxi penitus  
percepta, quotidie usurpanda  
est: simulque rogandus Deus  
ter maximus, ut gratia sua, ac  
lumine cœlesti iuuet.

2. Nullum sit impedimentum  
aut occupatio tam gravis ac  
seria, quæ huic rei obstat: sed  
quotidie dictis horis , dissi-  
patis licet in varias curas &  
cogitationes animi viribus,

tan-

tanquam receptui canendum.  
quod si contigerit somno oc-  
cupari antequam hoc officij  
præstatum sit; expurgiscenti  
hec prima cura sit, ut fiat. Vbi  
autem plures vel sanguine iū-  
cti, vel contubernales & socij  
cohabitāt, ad id se mutuo im-  
pellant & verbo, & exemplo.

3. Dies cum die conferatur,  
hebdomada cū hebdomada,  
menses inter se, anniq; singu-  
li. qui cursus ad candorem a-  
nimi, & perfectionem certif-  
simus est.

Qua ratione ac via haec pia con-  
suetudo inualescere, atque in  
vulgus emanare posset.

A Pud se quisque pro virili  
sua seriō ac constanter  
G hanc

hanc seruare decernat mas  
ac vesperi; multa etiā sibi  
dicta, quotiescunq; eam cō  
gerit infringi. id ipsum patr  
familias liberos suos docet  
domini seruos, & sic alij alios.

2. Cum nō modo priuatisho  
minibus, sed Reip. etiā ad o  
nē morū honestatē, & ad o  
nē virtutū accessionē mul  
tiple afferat vtilitatē; Sup  
ores oēs cum Ciuiis, cum  
clesiastici, præcipiāt Ludim  
gistris Triuialibus, iuxta  
Latinitatis professoribus,  
discipulos suos, pro captiu  
quéque, hac ratione institu  
atque ad vsum informent.

3. Pastores oēs, ac Vicarij  
rū, Concionatores quoque

Cōfessarij è pulpitis ac subscel  
lijs suis multitudinis animos  
ad id omni studio inuitent.

4. Episcopi, Toparchæ, alijq;  
Magnates curēt typis excudi  
maximo numero libellos, seu  
folia maiora huius ipsius ar-  
gumēti; distribui itē gratis, &  
quauis ratiōe spargi in vulg-.

5. Quicunque Reip. Præposi-  
ti, partē eius aliquā aut curā  
sibi demandatā sustinēt, vt in  
tremibus, castris, carcerib⁹,  
nosocomijs, & xenodochijs,  
opportunē, importunē roget,  
obsecrēt, impellāt, imperent,  
vt ad pullum cāpanx, aut alio  
modo, etiā alta voce fortassis,  
Contritionis exercitium, vt  
explicatum est, obseruetur.

G a

f. Ec-

6. Ecclesiastici denique,  
Religiosi, quādo opera, & ci-  
filio iuuāt moribūdos, utq;  
bā suā ad portū salutis appa-  
lāt & plenis velis ostia para-  
inuehātur, idē cūrent, cū en-  
illos, tūc alios præsentes doc-  
antq; quomodo eliciēda C  
tritio, nō in illo modo tē-  
ris articulo, sed quotidie,  
in omni vita. **H**aec sunt rationes  
qua occurrunt, hac adiumenta pia-  
pia, quibus corrupti hominū mi-  
ra integratā renocētur. Ita qui  
ciliissima factū visa sunt, que q  
uis usui fore credidi, quā paucissimi  
potui, suggessi. alia alijs suggesti  
re Deus, nō minus idonea, vel offi-  
tuna: quē rogo, ut nostros con-  
bene fortunes, ac ratos, gratosq;  
bere velit, ad suā neminis gloriā  
compluriū animarū salutē. Am-